

c. m. f.² | hunc titulum secundum mandatum | eiusdem Alexandriae, quae cum adviveret | testamento suo praecepit (*sic*) hunc praetoriolum | cum hortulo et heroo libertis libertabus|que posterisque eorum cedi, et iussit ne quando de | familia alienetur. Si quando ali[g]uis | voluerit donare vel vendere, arca|e pontificum poenae nomine inferet | duodecies centena milia nummum.

Mantuae, sed fortasse ex urbe Roma eo adlata (V 4057 cf. p. 1215 vidit Mommsen). — 1) Vir egregius, 2) clarissimae memoriae feminae.

8231 somno aeterno sacru | Aelia Arsinoe et Aelius Hilarus et Ae[li]us Timotheus iunior et P. Antonius | Arsinous et P. Antonius Marinus se | vibi fecerunt sibi et suis libertis liber|tabusque eorum, ne de nomine exiat. Locus | concessus T. Aelio Timotheo patri solem¹ I, | i[l]em P. Antonio Zmāra[g]do nutritori solem I, | et Aelio Po[l]ycronio solem I, item quitquit | huic monumento sive sepulcro atplicitum | instructum aedificatum est, et si qua maceria | secundum se ibi applicita est, ea omnia | huic monumento sive aedificio cedant. Quod | si quis hunc monumentum vel aedificium donationis | causam (*sic*) vel alio que (*sic*) nomine temptaverit facere, dare damnas esto aerario po|puli Romani SS L m. n., item v. V.² SS L m. n.

Romae, iam Neapoli (VI 40848 vidit Mommsen; cf. Huebner ex script. ep. n. 1060). — 1) Cf. VI 44643: in cont. ex donatione unum solem possidet. — 2) Virginitibus Vestalibus.

Electio inter aerarium populi Romani et virgines permitti videtur VI 45618 iisdemque verbis 43822: hoc monumentum sive locum si quis vendere vel donare voluerit, inferet virginib. Vestalibus, HS XX n. aut aerario populi Romani; electio inter pontifices et virgines VI 47965a: .. dabit pontificibus sive virginib. V. HS XX m. n. (cf. Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 70 not. 8); cf. ad eam quae sequitur. Pontifices et virgines memorantur VI 26942; pontifices et antescholarii virginum supra N. 8156; solae virgines N. 8210. 8211.

8232 d. m. | Aureliae Syntyhe (*sic*) | fil. dulcissime, q. v. a. XXXII, | fecit Aurelia [G]ratia Aug. lib. | sibi et suis lib. pos. eorum. | Heres here-desve potestatem | vendendi non habebit, nec in | hoc monument. exter inferri li|ce[b]it. Quisq. autem vel vendere vel do|nationis causa in alieno nomine trans|ferre voluer., infer. fisco CCCL m. n.

Romae rep., nunc in insula maiore Balearium (VI 43387 vidit Huebner praeter paucas litteras quae iam perierunt).

8233 d. m. | M. Aurel. Alexander primipil. et v. e.¹ | vivus sibi et uxori suae Aureliae | Antiochianae hunc cepotaphium | separavit de domu et fecit omnibus | suis posterisque suis libertis | libertabusque posterisque eorum | et praecepit heredibus, ne quis | extraneum vellit p[ro]nere vel | venumdare vel fid[uci]ciare² vel | donum dare vel nullo [m]odo ali[en]are; nam post haec p[ro]cepta | si qui ainventus (*sic*) fuerit hoc | fecisse, inferat sacro fisco³ | sestertia centum milia nummum.